VITI CAPIALBI

FLORIMONTANÆ ACADEMIÆ

PERPETUO A SECRETIS

INSCRIPTIONUM VIBONENSIUM SPECIMEN

NEAPOLI MDCCCXLV

APUD GABRIELEM PORCELLI

Superiorum venia.

Et pius est patriae facta referre labor.

OVID. TRIST. lib. 2. eleg. 1. v. 322.

INSCRIPTIONUM VIBONENSIUM SPECIMEN.

Historiam patriam aggressuri primum in mentem venit inscriptiones vetustas ad eam pertinentes praelo mittere. Qui de Hipponio, et Vibone Valentia scripserunt, vel ruditate temporum, vel incuria ne verbum quidem de iis. Barrius, Marafiotus, Capialbus abavus meus, Flos, et Amatus (1) basim arae Proserpinae tantummodo meminerunt. Georgius Gualtherius quamquam inter *tabulas Brutiorum* Hipponienses undecim referat (2), eam deperditam ex *Petri Parisii delineatione Calabriae* in medium profert. Bisognius aliquot epitaphia in sua Hipponii historia (3) edidit, at melius non excripsisset! Tot, tantaque errata in ea irrepserunt, ut dormitare, non lucubrare scriptor videatur.

Attamen nihil praestantius, nihil honorabilius, quam vetustam urbium antiquitatem marmoribus eruere. Quid certius, quid nobilius antiquis monumentis? Tullius incisas litteras in monumentis *divinae virtutis testes sempiternae* appellat (4).

---

(1) Barrius de antiq. lib. 2. cap. 12. Marafioti Croniche l. 2. cap. 16. Capialbi Montisleonis historia cap. 3. Fiore Calabria illustrata. Amatus Pantopologia Calabra p. 283.

(2) *Tabulae antiquae Siciliae, et Brutiorum* num. 365, et 375 ad 386.

(3) Bisogni historia Hipponii lib. 3. cap. 3.

(4) Philipp. XIV num. 12.

Specimen ergo Vibonensium inscriptionum instituimus, ne amplius editae mendis foedatae eruditorum manibus oberrent, et novae lucem videant clariorem, cura, studioque diligenti exaratae. In explicationibus erimus breves, nihil extraneum miscebimus, nihil superfluum, experientia edocti, quantum concinnitatem aetate nostra foveant eruditi.

Hippo, Hipponium, ΕΙΠΩΝΙΟΝ ex Scylace, et Strabone (1), urbs antiquissima Italiae fuit, ne historica narratio fabulis turbetur, ab indigenis populis condita, si nolis ab heroe quodam, ut Stephanus (2), vel ab Ausoniis, vel a Phoenicibus, ut autumat celeberrimus Mazochius (3). Ante bellum Troianum extitisse certiores nos reddit Lycophron in Cassandra (4).

Olympiade IIC., ab U. C. 365, Dionysius Syracusiorum princeps Hipponium ingressus incolas Syracusas transtulit, excissoque oppido, Locrensibus agrum attribuit. Locrenses oppidum reaedificarunt, unde Strabo Hipponium Locrorum aedificium seite dicit (5). Carthaginenses cum exercitu in Italiam transgressi anno secundo Olympiadis C. Urb. C. 372, Hipponiensibus urbem suam, unde expulsi

(1) Scylacis Periplus ubi de Lucania - Strabo lib. VI.
(2) Stephanus de urbibus, voce ΙΠΠΩΝΙΟΝ.
(3) Mazochius in Tabul. Heracleenses collectaneum II.
(4) Lycophron in Cassandra lib. I.
» *Hipponii verticis ad mare promontorium*
» *Asperum vergit, contra autem Crissae fines.*
(5) Diodorus lib. XVI num. 108; et Strabo lib. VI. Solinus Polyhist. cap. 8. locatum ait » a Locrensibus Metapontum (lege omnino Hipponium), quod nunc Vibo dicitur «.

fuerant, restituerunt; omnes praeterea exules undecunque congregatos prolixo studio exceperunt, foveruntque (1).

Duris Samius, apud Athenaeum, Gelonem Syracusiorum Tyrannum statuisse prope Hipponium deliciis lucum, ac pulchritudine insignem, aquisque irriguum, *Cornu Amaltheae* adpellitatum, scribit. Mare Hipponiense thynnorum ad nostram usque aetatem piscosissimum est; hinc Archestratus, apud Athenaeum, canit; ex Delechampii versione (2):

» Est autem Byzantii quoque generosus,
» Et in Carysto, et in inclita Siculorum insula, capite suavior:
» Multos id genus thynnos alunt etiam Laconica littora:
» Quod si Italiae sacrae oppidum Hipponium tu adeas,
» Aut aquarum Metauri fluvii ostia, illic quidem sunt
» Omnium longe optimi, summam qui victoriae me-
» tam attingunt «.

Bretti, Βρεττι, vel Bruttii Olympiade CVI. ab U. C. 397, Graecis Locrensibus expulsis, Hipponium, Terinam, Thurium, aliaque circumstantia oppida subegerunt, et propriam sibi rempublicam constituerunt (3).

Olympiade CXXVII. U. C. 463. Agathocles Siciliae item tyrannus, vi militum coacta Italiam petiit, peditum ducens XXX millia, equitum bis mille, et Hipponiensium urbe circumsessa, balistarum ope immania saxa vibrantum, oppidum caepit, et in suam potestatem redegit, atque in Hipponiensi

(1) Diod. lib. XV. num. 24.
(2) Athenaeus lib. 7. cap. 20, vel lib. 7. cap. 15.
(3) Diodorus lib. 16, ubi pro *Arponio* lege omnino *Hipponio* ex mss.

littore nobile εμποριον, idest portum, stationem navalem instituit (1). Quo facinore perculsi Bruttii de pace legatos miserunt. Sexcentis ideo obsidibus acceptis, praesidioque inibi relicto, Syracusas redit. At Bruttii, iurisiurandi religione violata, cum omni civitatis robore milites oppugnant, ipsosque concidunt, et recuperatis obsidibus, ab imperio Agathoclis sese vindicant (2).

De Hipponio haec habet Nicolaus Perottus Sypontinus Episcopus, vestigia Strabonis lustrans, in Cornucopia, ad epigramma VI, mihi pag. 594 editionis Aldinae anni 1513. » Duo praeterea in Italia » portus ab Hercule nomen sortiti sunt. Alter in » Bruttiis iuxta Hipponem Locrorum oppidum, quod » postea obtinuere Romani, et mutato nomine Vibo- » nem Valentiam appellavere. Ad hunc locum Pro- » serpinam e Sicilia ad legendos flores venisse exi- » stimant, quoniam amoenissima regio est, et flori- » dissima prata. Hinc apud matronas consuetudo in- » valuit, ut collectis ex floribus coronas texant; quo- » niam diebus festis emptà gestare vitio datur (3).

Tandem Romani, quorum fuit regere imperio populos, Hipponium Bruttiis ereptum, mutato nomine, Vibonem Valentiam appellarunt, et A. U. C. 517 primam ibi coloniam deduxere (4).

Anno ab Urbe Condita 534, Carthaginenses depopulato agro Vibonensi, urbem terrebant, ita ut

---

(1) Strabo lib. 6.
(2) Diod. Sicul. in Eclogis, ex lib. 21. num. 8.
(3) V. Strab. ubi supra.
(4) Velleius Paterculus lib. 1. cap. XIV.

Titus Sempronius Consul ad tuendam oram maritimam, defendendamque urbem, Sextum Pomponium cum vigintiquinque longis navibus misit; Vibonenses enim libentius agri depopulationem, urbisque terrorem pati, quam a Romanorum fide discedere voluerunt (1).

A. U. C. 551, M. Valerius Laevinus Propraetor a P. Aelio Cos. missus circa Vibonem duodequatraginta navibus, quas Cneus Octavius ex Sicilia reducebat acceptis, in Macedoniam traiecit (2).

Fugato Hannibale, anno U. C. 562, Lucio Quinctio, et Cneo Domitio Consulibus, Vibonem deinceps alia militum colonia deducta est, ex S. C. plebisque scito. Tria millia, et septingenti pedites iverunt, trecenti equites. Triumviri deduxerunt eos Q. Naevius, M. Minutius, M. Furius Crassipes: quindena iugera agri data in singulos pedites, duplex equitibus (3). De colonia Vibonensi ait Frontinus: » Ager Vibonensis actus N. X. G. p. » XXV. Kardo in orientem, decimanus in meri- » dianum » (4).

Tunc arbitror ex S. C. colonos refecisse Proserpinae fanum, quod extra urbis moenia positum, et mari proximum, forsitan a Poenis vastatum fuerat; cuius ad refectionem sexstertii septingenti septuaginta millia, et nonaginta impensi fuere.

Lege Iulia civitas romana Sociis, Latinisque da-

(1) Livius Dec. 2. lib. 1.
(2) Livius Dec. 4. lib. 1.
(3) Livius Dec. 4. lib. 5.
(4) Sex. Iulius Frontinus de Coloniis; mihi pag. 11.

ta est; at Hipponiensibus, quamquam in eorum oppidum colonia deducta fuerat, tamen municipalia iura inlaesa remansere, ut clare innuit Cicero, Valentinos appellando *ex tam nobili*, *illustrique municipio* (1). Tullius enim, cum Siciliam ivisset ad percunctanda Caii Verris crimina, Romam rediens, Vibonem transiit, et Veliam parvulo navigio progressus est. Iterum exilii sui tempore cum Melitam insulam peteret, Vibonem ad Sicam advenit, ubi allata rogatione de pernicie sua, statim iter Brundusium versus contulit, ne et Sica, apud quem erat, periret. Sica vero amicus, et hospitalis, illi Brundusium usque comitem se praebuit, et postea semper in amicitia extitit (2).

Belli civilis aetate Caesarianas partes Vibo Valentia secuta est, et cum Dictatoris classis in duas partes divideretur, et dimidiae praeesset P. Sulpicius Praetor Vibone, Cassius illic profectus naves Sulpicianas combussit quinque. At Caesariani, qui ex veteribus legionibus praesidio erant relicti, ignominiam non passi, naves conscenderunt, impetuque facto in Cassianos, quinqueremes duas, in quarum altera erat Cassius, et triremes duas caeperunt (3).

(1) Cicero act. II. in C. Verrem lib. V. num. 16, et num. 61. de se dicit: *adductus Valentinorum, hominum honestissimorum, testimoniis.*

(2) Cic. Act. II. in Verrem lib. 2. num. 40. Idem Ep. ad Acticum lib. 3. ep. 2. 3. et 4. Id. ad familiares lib. 14 ep. 4. Id. pro Plancio num. 40, et 41, mihi pag. 577. Vide et Plutarchum in Ciceronis vita, salva perparva varietate.

(3) Appianus Alexand. Belli Civilis lib. 3. C. Caesaris Commentaria lib. 3.

Post Dictatoris necem, Cicero Graeciam proficiscens, tertio Vibonem A. U. C. 709, IX. Kal. sextilis in domo Sicae venit (1).

Triumviratus fervente tyrannide, Vibo Valentia inter septem splendidissimas Italiae civitates militibus promissas adnumeratur. Hinc Vitulino fovit, qui magnam manum in agro Regino contraxerat, et Triumvirorum militibus non levem molestiam ferebat (2). Postea Octavianus Caesar superveniens, et pernoscens Vibonensium, et Reginorum vires, eis obtulit amicitiam omnimodam, si voluissent eum sequi: sic, novo foedere statuto, Vibonenses Octaviani partes amplexi sunt. Ipse enim cum bellaret in Sextum Pompeium, Vibonem veluti sua castra selegit, ibique commoratus, classes, ac legiones parabat, et totum exercitum terrae marisque in Siciliam adversus Pompeianos dirigebat, Vibonem se reducens cum aliquid mali suis evenisset (3).

Nihil certi de municipio, vel colonia Vibonensi Valentina, posteriori aevo, si scriptores spectabis, ad nos usque pervenit, quamquam Plinius, Solinus, Pomponius Mela, Frontinus, itinerarii Antonini auctor, Ptolomaeus, aliique hanc urbem memorarunt. At ea creditur semper floruisse, ut silentibus historicis, certos nos faciunt marmora vetusta.

Per illa scimus Vibonenses titulum insigne Tiberio Claudio imperatori XI. Cos. V. dedicasse, quod

(1) Cicero ad Acticum lib. XVI. epist. 6.
(2) Appianus Alexandrinus Bell. Civil. lib. 4.
(3) Ibid. lib. 4. et 5. passim.

mutilum e fossorum manibus accepimus. Noscimus Vibone (sub imperio, ut arbitror, Vespasiani) ex S. C. Semicongii mensuram publica auctoritate positam fuisse, curantibus quatuorviris iuri dicundo quinquennalibus Q. Baronio, et Lucio Libertio: Antonini Pii aetate, Q. Muticilium e tribu Aemilia (in qua tunc, et in Camilla adscripti erant coloni nostri) equo publico donatum, multisque muneribus, et dignitatibus ab Antonino auctum, municipii patronum evasisse, cum esset quinquennalis cudendae pecuniae, et quaestor pecuniae publicae: Municipium, et coloniam, decuriones augustales, fabrorum coulegium, augures, et pontificem maximum, dignitatem conspicuam, quam, si excipies unam, vel alteram Italiae civitatem, in nulla alia prorsus colonia invenies extitisse; cum denique Appiam viam per Bruttiam Regium usque Traianus refecit, Hipponienses etiam pecuniam contulisse, et Appiam Traianam Vibonem Valentiam transiisse constat ex omnibus itinerariis, scriptoribus geographis, et tabula praecipue Peutingeriana.

De antiquo Hipponio nec unam marmoream graecam επιγραφην habemus; tantum lamella aenea remotissimae antiquitatis notis (forsan Bruttia lingua) conscripta, aliquot figlina, et gemmae graecis characteribus sculptae in cimelio nostro adservantur, et vas unum Italo-graecum litteratum, quod consanguineus meus illustris Sitizani Marchio possidet; quibus hoc in specimine locum dabimus. De numis cum graeca inscriptione ΕΙΠΩΝΙΕΩΝ alibi dicemus.

Plurima vero Vibonensia monumenta edax tem-

pus reliquit, numismata scilicet cum inscriptione VALENTIA; at notatu dignissima, sive figlina, sive marmora litterata, sunt memoranda.

SACRA . PUBLICA . HONORARIA .

Marmor. 1. latit. p. 6. alt. unc. 9.

······L·VID.VIR ƆL·‥Q·CINCIVS·C·AVL·IIII·VIR·I·D·
SIGNVM·PROSERPINAE·REFICIVNDVM·STATVEN-
DVMQVE · ARASQVE ·
REFICIVND·EX·S·C·CVRARVNT·H·S DCCLXXMXC·
FVERE · HELVIA · Q · F · ORBIA · M · F ·

Basis haec iacebat Mileti in foribus Episcopalis Ecclesiae infimo loco sita, transeuntum pedibus conculcata; ita ut primi versus litterae absumptae fuerint. Post terraemotum anni MDCCLXXXIII, Neapolim delata est, et inter Musaei Borbonii marmora nunc videtur. Consule Barrium, Capialbum abavum meum, et Florem: corrige Parisium et Gualtherium, qui eorum aetate inter deperditas annumerarunt, et doctissimum Muratorium, qui t. 1. p. 128. n. 7. *Novi Thesauri*, eam Regii esse dixit, et mendis plurimis exscripsit. Lege si placet: .... *Lucius Vidius Virius Conlibertus, Quintus Cincius, Caius Aulus Quatuorviri iuri dicundo, signum Proserpinae reficiundum, statuendumque, arasque reficiundas ex Senatus Consulto curarunt. Sextertii septingenti septuaginta millia, et nonaginta fuere; Helvia Quinti filia, Orbia Marci filia.* Monumentum ni fallor secundae deductionis temporibus adscribendum. Litterarum forma perquam si-

millima illis monumenti, imo n. 8. relati, est. Cultum Proserpinae apud Hipponienses audi ex Strabone lib. 6. » *Et quia circum iacentia loca prata » habent praeclara, floribusque abundant, creditum » fuit eo ex Sicilia venisse Proserpinam florum le» gendorum gratia: indeque morem esse matronis » receptum, ut flores ipsae legant, coronasque ne» ctant: turpeque iis habetur ad festos dies serta » gestare empticia.*

2.

Mileti apud Lombardum Comitem.

CASTOR · POLLUX

Dioscuri cum equis in anaglypho.
imo.

VOTUM · SOLVIT

3.

In nostro museo.

· · · · QVINTA · . ·
· · · E · SACERDOS PE · · ·
· · · NAE . EXORNATUM POI · · ·
*imp*ENSA · SVA · IT · AQVA · IN · ID · PE
*decuri*ONIBVS . SING · HS VIII N̄ AVGV*stalibus*.

4.

In eodem museo.

FVLGVR
DIVM

5.

Supra Marzanorum aedium ianuam ex Bisogno.

AVGVSTO

6.

Ad parietem domus quondam Fiaschè prope Divi Antonii Portam.

. . . . Q · F · AVGVR
sic
PONTIFEX · MAX[im] ·
EX · S · C · STAT · CVR (1)

7.

In nostro museo.

TI · CLA*udius*
CAES*ar* · *augustus* · *ger*
MANIC*us* · *Imperator*
XI · COS · V (V)

Ad Christi annum LI pertinet, cui bene cohaerent Consulatus Tiberii ann. V. et Imperatoriae maiestatis XI.

---

(1) Augur, et Pontifex Maximus memorantur. In meo *Cenno sulle mura d' Ipponio*, a clarissimis Instituti Archeologici sociis ann. 1832 edito, pag. 193, notavi: » Osservasi di nuovo il PONTIFEX MAXIMVS, laonde » sembra che in Vibona effettivamente vi fosse stata tal » dignità, e però dovrà intendersi del più anziano del Col» legio de' Pontefici, che *Massimo* veniva appellato, come » *Minimo* dicevasi l' ultimo ascritto nel Collegio stesso, se» condo Festo.

8.

In Collegii Vibonensis atrio ex dono clarissimi Philippi Iacobi Pignatarii, Physicae, et Mathematicae professoris emeriti.

Q · BARONIVS · Q · F ·
L · LIBERTIVS C · F · PONT · MAX ·
IIII VIR · I · D · Q · C · P · EX · S · C · CON · IIS ·

Huius marmoris litterae perquam simillimae sunt epigraphi num. 1. relatae, et facile noscitur, fere eadem aetate deductionis nempe Colonialis sculptas fuisse ambas inscriptiones. Lege si placet: *Quintus Baronius Quinti filius*, *Lucius Libertius Caii filius Pontifex Maximus*, *Quatuorvir iuri dicundo Quinquennalis*, *Censoria Potestate*, *ex Senatus Consulto Congium iisemis:* supple *posuerunt*, et corrige me alias legentem *Cudendae pecuniae.*

Forum in lapide cum quatuor loculis continere debebat vas aeneum, sive mensuram liquidorum medietatis Congii publica authoritate positam, ne fraus a venditoribus fieret. Id mirifice confirmatur a simili monumento Pompeis invento mensuram aridorum continente. Vides iterum mentionem Pontificis Maximi, qua confirmatur Coloniam Vibo-Valentinam vere habuisse Pontificatum Maximum, quem perraro in Coloniis invenitur.

Scripseram ego in praecitato opusculo: *Cenno sulle mura d' Ipponio* » Dunque la nostra misura era
» il semi-congio, vale a dire il campione, o la
» misura di liquido di cinque libbre; giacchè se-
» condo Festo: *congius vini decem pondo* IS...*(sic!)*.

» In Pompei si sono ritrovate anche le pubbliche
» misure, delle forme presso a poco simili al nostro
» marmo. La difficoltà che incontro, sta nel PONT.
» MAX. Si dovrebbe credere che il nostro Lucio
» Liberzio fosse stato Pontefice Massimo di Roma,
» giacchè ne' municipi, e nelle colonie non mai si
» è vista tal dignità (almeno per quanto sappia)
» e si aumenterebbe allora l'elenco de' Pontefici
» Massimi di quella Metropoli conosciuti. Ma io
» non so persuadermi, che un tal Pontefice Mas-
» simo fosse stato incaricato dello stabilimento del-
» le pubbliche misure de' liquidi nella Colonia Vi-
» bonese. D' altronde occupando il secondo luogo
» nella iscrizione dopo di Q. Baronio, non pare
» che fosse stato persona di tanto alto affare. Le
» lettere però sono precise, e converrà dire di es-
» sere stato il nostro Liberzio forse il primo fra
» i Pontefici della Colonia, il quale con fastosa
» appellazione nel nostro marmo si è fatto nomi-
» nare Pontefice Massimo. In frammento scoperto
» recentemente, e che più basso riferiremo, anche
» abbiam trovato un' altro Pontefice Massimo «.

Doctissimus Bartholomaeus Borghesius Comes, de Pontificatu Maximo in Coloniis, et Municipiis rogatus quid sentiret, litteris humanissimis, mihi XVII. Kal. Iulias A. R. S. MDCCCXXXII. missis, ita rescripsit:

» Veneratissimo Signor Cav.e = Mi sarò certa-
» mente meritato da lei l'accusa di malcreato col
» lungo indugio frapposto nel rispondere alla gen-
» tilissima sua de' 28 febbraio. Ma essa non mi è
» stata spedita dall'Instituto di corrispondenza ar-

» cheologica, se non a 18 di maggio, e mi è
» poi giunta in un tempo in cui era sovracaricato
» d'imbarazzi pel matrimonio di mio figlio. Libe-
» rato ora dalle noie nuziali, che mi avevano di-
» stratto da ogni cura letteraria, eccomi a soddi-
» sfare all'obbligo mio, premesse però come vuole
» il dovere le scuse convenienti = Comincerò dal
» renderle grazie della cortesia con cui mi dimo-
» stra aver gradito la mia notarella sopra Q. La-
» ronio, che all'insaputa di ciò ch'ella aveva scrit-
» to, diressi all'Instituto in risposta alla communi-
» cazione che mi fece di quel tegolo. Passando poi
» all'iscrizione di Q. Baronio, e di L. Liberzio
» da lei pubblicata, sulla quale mi chiede il mio
» avviso, non credo, che alcuno potrà dubitare
» della interpetrazione data al PONT. MAX. do-
» po ch'ella coll'altro marmo num. 4. ha messo
» fuori di quistione, che a Vibona si aveva il
» PONTIFEX. MAX. È vero che la sussistenza,
» o no di questa dignità fuori di Roma fu discus-
» sa nell'*Epistolae mutuae* del Reinesio, e del Bo-
» sio, *Ienae* 1700. p. 134. e seg., e che gli an-
» tiquarî si sono in seguito accordati a non am-
» metterla fuori della Capitale, almeno in occiden-
» te, imperocchè troppo comune era la memoria
» dell'ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ed anche dell'ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ
» ΜΕΓΙϹΤΟϹ ne'monumenti delle città dell'Orien-
» te. Quindi si è tacciata di apocrifa l'iscrizione
» del Grutero 305. 7. P. VERGILIO. P. F. PONT.
» MAX. SABIN*orum*; e nel FLAVIVS PONTI-
» FEX MAXIMVS SORORI SVAE della Mura-
» toriana p. 151. si è corretto MAXIMAE, on-

» de fosse il nome della sorella. Tuttavolta è rimasta una molesta eccezione in un marmo sincero d'Arezzo dedicato L. CAESARI. PONT. MAX. che non si è avuto il modo d'incastrare nella serie Pontificale di Roma, onde il Gori Inscr. Etr. p. 276 n.° 12, dovette ricorrere ad una scusa, che per dir vero, non è soddisfacente. Ma tutti gli argomenti negativi, che si erano addotti, dovranno ora cedere in faccia ai positivi, ch'Ella messe in campo appoggiata a due esempî di cui è sicura l'esistenza, e della cui autenticità non si ha alcun motivo di dubitare. Io penso, che la rarità con cui apparisce quest'ufficio in lapidi non romane, provenga perchè sembra veramente, che molte Colonie, e municipi non avessero se non che un Pontefice solo. Ma dove questi formavano collegio, come in Albano, Grut. p. 235. 8., e a Sutri, dei quali abbiamo il catalogo dall'altra Gruteriana p. 305. 1. è difficile il persuadersi, che non avessero un capo, il quale però non sapevamo come si denominasse. Intanto se Cicerone Verr. act. L. 2. cap. 52. ci ricorda un *Sacerdos Maximus Cephaloeditanorum*, non vedo cosa si opponga, perchè così egualmente si appellasse il capo de' Pontefici municipali nei luoghi ove esisteva, e massime poi in una colonia così splendida come Vibona, che seguiva tanto fedelmente gli esempî di Roma, da chiamare eziandio Senato il proprio corpo decurionale, al paro di Tivoli, di Nola, di Lanuvio, di Napoli, e di altre illustri città = Più tosto, giacchè ella mi eccita a sco-

» prirle i miei pensieri, non le tacerò, che non ho
» saputo soddisfarmi della spiegazione delle sigle
» Q. C. P. che credo esser desunta dal Romanelli,
» il quale nell'altra lapide di codesta Città a Q.Mu-
» ticilio Deciano Q. Q. C. P. lesse *Quinquennali*
» *cudendae pecuniae*. Il confronto fra i due marmi,
» anzi fra tre, non dovendo dimenticarsi l'altro
» da lei dato al n.° 2, ci dimostra che la prima
» parola ora fu denotata con uno, ora con due Q,
» i quali confesserò che poi formarono l'abbreviatu-
» ra ordinaria di *Quinquennalis*. Non cade adun-
» que su di ciò la mia espressione; solo conver-
» rà dire, che la pietra di cui trattiamo è più an-
» tica delle altre, e appartenente a quei tempi,
» nei quali non usavasi ancora nelle abbreviature
» di geminare le lettere. Ma se Muticilio ebbe a
» Vibona questa quinquennalità, e se egli visse
» sotto Antonino Pio, il che apparisce dal suo ti-
» tolo, come la sua magistratura avrà avuto per
» oggetto di sorvegliare il conio delle monete,
» quando fino dall'impero per lo meno di Tiberio
» erano forse soppresse tutte le zecche particolari
» d'Italia? La novità della frase mi fa pure riget-
» tare il supplimento proposto da altri *Quinquenna-*
» *lis Curiae perpetuus*, nè mi appago altresì della
» recente opinione dell'Orelli n.° 3703 da lei tocca-
» ta, *Quinquennalis Coloniae patronus*, perchè que-
» st'officio, come il maggiore di ogni altro rispet-
» to a Vibona, sarebbesi anteposto al meno degno,
» e perchè trovo bensì frequentissimo il *Patronus*
» *Coloniae*, ma il *Coloniae Patronus* non mai. Al
» mio credere la vera spiegazione di questa cari-

» ca, che dovea essere notissima, se esprimevasi
» con tanto compendio, va tratta dall' epitafio di
» P. Lucilio Gamala, riferito fra gli altri dal
» Muratori p. 135, in cui la quinquennalità non
» dei particolari Collegi, ma municipali di Ostia
» viene esposta con tutti i suoi titoli di formali-
» tà, e dove egli vien detto II VIRO CENSORIAE
» POT*estatis* QVINQVENNAL*i* · IN · COMITIIS
» FACTO. Per disattenzione certo l' Orelli ha di-
» menticato al nostro proposito ciò che aveva scrit-
» to al n.° 732, ove fondandosi appunto sull'iscri-
» zione di Gamala, approva l' interpetrazione già
» data dal Muratori p. 227. 4. a sigle consimili
» nella lapide di L. Titinio Glauco II VIR · IV
» P · C ·, cioè *duumvir quartum potestate censoria.*
» Ella vedrà come nella sua origine le formole II
» VIR *quinquennalis censoria potestate*, sia sorel-
» la germana dell'altra frequentissima IIII VIR *Ae-*
» *dilicia potestate*, e vedrà pure come facilmente
» per brevità possa in molti luoghi esser presto ca-
» duta in disuso, da che la sola parola *Quinquenna-*
» *lis* fu reputata bastante a spiegare l'idea. A tutti
» è poi notissimo come i Quinquennali fossero ap-
» punto i censori delle colonie, e de' municipî,
» su di che è inutile aggiunger parola dopo ciò
» che ne hanno scritto il Noris, Caenot. Pis. dis. 1
» c. V. e più ampiamente l' Olivieri nei marmi
» Pesaresi num. XXVIII; ma non è inutile di
» osservare nel nostro caso, che le provvidenze
» per l' equità delle misure, e la cura delle fab-
» briche pubbliche, alle quali si riferiscono le due

» lapidi da lei prodotte, erano in fatti di competen-
» za censoria . . . .

» Rimini per la repubblica di S. Marino li 15
» giugno 1833 ».

Quae doctissimi viri auctoritas, ut plurimum apud eruditos valet, apud me veritatis locum tenet.

9.

In nostro museo.

· · · · · OTI MARCI
NTONI PATRI
· · · · · · · · · P
FABR · · · ·
*Decurio*NVM DECRETO.

Fabrorum collegium, et decuriones memorantur.

10.

Basis cum columella, aliis signis, et marmoribus litteratis in aedibus Marzanis, iam a Galeatio Capialbo, maiori meo, exstructis anno 1514, ut ex επιγραφη, *prope plateae ianuam.*

CVRANTE
ANIO · LAR
ANO · QQ · C · P ·

De hac basi nec verbum fecerunt inscriptionum collectores, quia calce obruta iacebat: nos curiositate moti, permittentibus aedium dominis, detexi-

mus, et legitur viatoribus. Augustaeum saeculum sapit. Lege: *Curante Annio Larano Quinquennali censoria potestate;* et corrige me alias legentem: *Cudendae pecuniae.*

11.

Apud Clarissimum Didacum de Francia Sanctae Catharinae Marchionem.

Q· MUTICILIO· Q· F· AEM· SEX· DECCIANO· QQ C· P·
Q· P· P· EQVO· PVB · · · NORATO· AB· IMP· DIVO· HADRIANO
ALLECTO· IN · · · RIS· AB· IMP· ANTONINO AVG· PIO
PATRONO MVNICIPII· OB· AMOREM PATRIAE· ET
BENEFICENTIAM
MVLTAQVE·MERITA·EIVS·EX·CONSENSV·POPVLI·CVIVS·OB
DEDICATIONEM· ITERVM·DECVRIONIBVS HS· VIII· N· AVGV-
STALIBVS· HS· VI· N· POPVLO VIRITIM HS· IV· N· DEDIT
L· D· PP· D· D·

Lapidis latit. est pal. 4 unc. 5, altit. pal. 2 unc. 10.

Sic Muticilium nostrum ad tribum Aemiliam adscriptum fuisse, et virum clarissimum magni nominis virtutibus publicis, privatisque ornatum vereque φιλοπατρίδα cognoscimus. Siet ipse nostratibus exemplo, ut patria caritate ducti, civitatis nostrae gloriam, et amplitudinem dictis, gestis, impensis foveant.

Lege si placet: » Quinto Muticilio Quinti filio » Aemilia, sexto Decciano Quinquennali Censoria » Potestate, Quaestori pecuniae publicae, equo pu- » blico honorato ab Imperatore divo Hadriano, Al- » lecto in decuris ab Imperatore Antonino Augu- » sto Pio, Patrono Municipii, ob amorem patriae,

» et beneficentiam, multaque merita eius ex consensu populi, cuius ob dedicationem iterum Decurionibus sexstertios octo nummum, augustalibus sexstertios sex nummum, populo viritim sexstertios quatuor nummum dedit. Loco dato publico decurionum decreto « Et corrige me alias legentem in prima linea: *Cudendae pecuniae*. De hoc quoque lapide Clarissimum Comitem Bartholomaeum Borghesium quarto idus Martias A. R. S. MDCCCXXXIV consulere mens fuit hisce verbis.
» La spiega data del Romanelli all' iscrizione di Quinto Muticilio non solo era inesatta nelle sigle Q.C.P.; ma forse sarà anche tale nelle voci ALLECTO IN I . . . VRIS; giacchè nella lapide in quel luogo vi è un buco del diametro di once tre, e non più, dove non potevano entrar mai tutte le rimanenti lettere per formar quelle parole da lui supplite. Nel marmo da me con tutt' attenzione esaminato non si vede altro che I....VRIS. Se ella colla doviziosa erudizione sua potesse dirmi altro su questo articolo le sarei sempre tenutissimo. Forse che potrebbesi leggere DECVRIS, per DECVRIIS; e il sito si presterebbe a queste poche lettere. Se ciò sia possibile, V. S. lo deciderà, anche perchè non ho chiara idea del *Collegium iuris* supplito dal Romanelli, che corporazione era ella mai a' tempi di Adriano, se non fosse stata un' adunanza di giureconsulti, dalle leggi riconosciuta per consultar sulle leggi«.
Verendus Comes humanitate, qua fungitur, benigne, comiterque III. Kalendas Iunias respondit:
» Pregiatissimo signor Cavaliere - Mi gode l'a-

» nimo nel sentire dalla gratissima sua, che la
» spiegazione da me data ai passi dubbiosi delle
» lapidi, su cui favorì consultarmi, sia stata da
» lei gradita, e che di già abbia incontrato l'ap-
» provazione di codesta Accademia Florimontana,
» alla quale l'è piaciuto di presentarla. Pensando
» però al piccol merito di quelle osservazioncelle,
» non posso a meno di trovare troppo superiore
» la prova di soddisfazione, che questa s'è degna-
» ta di darmene, annoverandomi fra i suoi socî,
» talchè debbo con miglior titolo riconoscere in
» essa un tratto di squisita gentilezza da lei pro-
» vocato. Io la prego pertanto ad essere l'inter-
» prete dei miei sentimenti presso i signori acca-
» demici, offrendo loro i miei vivi ringraziamen-
» ti, e assicurandoli del pregio che attacco all'o-
» norificenza, che mi hanno compartita = L'Orelli
» num. 3703 aveva già rigettato il capriccioso sup-
» plimento del Romanelli nella lapide di Q. Mu-
» ticilio ALLECTO IN *Collegium i*VRIS, retta-
» mente sostituito l'altro, ALLECTO IN Quinque
» decVRIS. Ma poichè ella assicura che lo spa-
» zio vacante non è capace di contenere più di tre
» lettere, e che quella precedente la rottura non
» è lunata, ma astata, null'altro avrà da farsi,
» se non che cambiare il QVINQVE nella nota
» numerica V. s'ella è pendente, e se è perpen-
» dicolare omettere del tutto il numero delle de-
» curie, che non è necessario, leggendo senza più
» ALLECTO IN D*ec*VRIS, sull'esempio identico
» dell'ADLECTO IN DECVRIAS · AB · OPTI-
» MIS · MAXIMIS · QVE · IMPP · ANTONINO ·

» ET · VERO · AVG · dell'iscrizione di Sesto Giu-
» lio Possessore presso il Doni Cl. V. n. 50. Il
» cambio del quarto nel sesto caso non cagiona
» alcuna difficoltà, incontrandosi comunemente nei
» marmi, tanto ADLECTVS IN ORDINE, quan-
» to ADLECTVS IN ORDINEM = Le sono poi
» tenuto sommamente del cortese regalo, che ha
» voluto farmi delle sue stampe, nonchè di quel-
» le di altri Accademici, le quali nel mentre che
» hanno accrescinta la stima, che aveva per lei
» personalmente, mi hanno fatto chiaro altresì, che
» gli studî di filosofia, e delle buone lettere so-
» no in molto fiore in codesta città. Nell'attestar-
» lene le mie obbligazioni, la prego di offrirmi
» occasione di minorarle coll'obbedienza a qual-
» che altro suo comando, ricevendo intanto le pro-
» teste della distinta considerazione con cui mi ono-
» ro di essere «.
» Repubblica di S. Marino a'30 di Maggio 1834«.

12.

L · LABERIO · L · L ·
OPTATO
ORNAMENTIS · CENSOR ·
HONORATO · VIX · A · XXII ·
C · LVTORIAE · L · F ·
QVARTAE
VIX · ANN · XXIIII ·
MATER · FILIO · ET · GENERO

Refert hanc Georgius Gualtherins inter tabulas Brutiorum n.° 375. *Hipponi in basi ante D. Ma-*

riam Dominicanorum. Proh dolor! nunc amissam querimus. Refertur et a Muratorio pag. 712. n.° 2. ex Gualtherio, et in linea quinta habet CLVTORIAE.

13.

D, M,
SATRIO, L, F, INGENVO
IIII, VIR, AED, POT,
VIX, AN, XXVIIII
PATER, F, B, M, FECIT,

Muratorius pag. 742. n.° 5. refert ex Gualtherio, et notat: *antiquitatem virgularum, sive commatum pro tensorum, heic habes.*

14.

Imbrex p. 2. unc. 10. long. p. 1. unc. 1. lat. in meo museo. Alium Cl. viris Instituti Archeologici Romae misi.

Q · LARONIVS · COS · IMP · ITER ·

Ad U. C. an. 721 spectat. Vide ad meum opusculum - *Cenno sulle Mura d'Ipponio* - ab Instituti archeologici clarissimis sociis anno 1832 editum, doctissima adnotata Clarissimi item Bartholomaei Borghesii Comitis, qui (absque adulationis mendacio) principatum inter epigraphicos, et numismaticos eruditos facile tenet, et eiusdem epistolam supra n.° 8. relatam. Scripseram ego eodem opusculo pag. 182 : » Gli embrici erano lunghi pal-

» mi due, once nove e mezzo, larghi palmo uno
» e cinque once, alti palmo uno, grossi once due.
» In ogni pezzo degli stessi vi è l' iscrizione: Q ·
» LARONIVS · COS · IMP · ITER · L' aquidotto
» camminava da Libeccio-ponente ad Oriente, drit-
» to verso l' attuale città di Montelione. Di tali
» embrici se ne sono scavati e tolti più centina-
» ia di canne, che servirono per costruire varî
» ponticelli della regia strada medesima: ed una
» gran quantità si è acquistata da' signori di Mon-
» telione. Io ne ho fatto portare varî in mia ca-
» sa, ed in uno si vedono tuttora le pedate di
» un cane, che forse passò sopra quando n' era
» ancora fresca la creta, e dal cretaio si era espo-
» sto al sole per ascingarsi. Questa scoperta ci ren-
» de nota un' opera magnifica de' Romani per con-
» durre l'acqua in Vibona Valenza, o alle sue vi-
» cinanze, perchè forse allora ne scarseggiava. I
» caratteri della iscrizione sono del buon secolo,
» laonde mi autorizzo a credere che sì fatta pub-
» blica opera potè essere ordinata da Augusto do-
» po la guerra contro Sesto Pompeo per gratifi-
» care Vibona da lui scelta per centro delle bel-
» liche operazioni in quel rincontro, come cel ren-
» de noto Appiano. Il Quinto Laronio quindi ben
» potè essere quello, che i fasti consolari col pre-
» nome di Lucio segnano come suffetto dalle ca-
» lende di ottobre dell' anno 721 di Roma. In
» tal caso colla guida della iscrizione del nostro
» aquidotto se gli deve rettificare il prenome di
» Lucio in quello di Quinto «. Et pag. 178. » So-
» pra detta lamina, o sia mattone, vi è come una

» marca colle lettere : Q · LARONIVS · COS ·
» IMP · ITER · indicanti l' anno nel quale usciva-
» no quelle tegole o mattoni dalla fabbrica : ma
» non ho potuto chiarirmi qual anno precisamen-
» te fosse stato quello in cui fu console Quinto
» Laronio : poiche sol mi sovveniva di un Lucio
» Laronio console suffetto nelle calende di ottobre
» dell' anno 721 di Roma , senza mai aver sapu-
» to cosa del nostro Q. Laronio, se pure non si
» voglia credere colui , del quale fa menzione Ap-
» piano nel lib. V. delle guerre civili. Al nostro
» si assegnano le qualità aggiunte negli epiteti di
» COS · IMP · ITER · i quali mi sembrarono di
» qualche rarità «.

Ubi doctissimus Borghesius scite adnotavit: »Que-
» sto bollo è di alta importanza perchè viene ad
» avere il principato dell' antichità su tutti i bolli
» di tegole, o di mattoni di creta usciti dalle for-
» naci latine. Fin quì il più vetusto era creduto
» il frammento trovato a città di Castello , che il
» Can. Giulio Mancini pubblicò nel giornale di
» Padova del 1804 , e che spetta all' anno 760 ,
» portando la data del consolato di Q. Cecilio
» Cretico Silano , e di A. Licinio Nerva Siliano :

Q · CAECIL
A · LICINIO · N
M · GRANI · I · · · · ·

» Ma il Calabrese lo vince , appartenendo al
» Laronio , che dai fasti marmorei dell' Appiano
» (i quali ora sono riprodotti nelle osservazioni
» del Cav. Avellino sopra le lapidi pompeiane, pa-

» gina 81), sapevasi aver tenuto i fasci nel tri-
» mestre delle Calende di Ottobre sino alla fine
» dell' anno 721. È vero che in questi fasti pro-
» venienti da schede, e sulla lezione de' quali si
» è spesso in gran controversia, veniva chiamato
» Lucio: ma come coll' autorità delle medaglie si
» era già potuto assicurare al suo collega Vinicio
» il prenome di Lucio in cambio di quello di Mar-
» co, che in molte copie di quei marmi gli era at-
» tribuito, così mi era pure riuscito di corregge-
» re il prenome di Laronio in grazia di una tes-
» sera gladiatoria trovata in Roma nel 1818, e
» fatta pubblica dal Labus nelle sue note alla dis-
» sertazione del Morcelli sulle tessere degli spet-
» tacoli romani, pag. 48, che porta la data K ·
» NOV · L · VIN · Q · LAR · Questo personaggio,
» per quanto so, non è ricordato se non che da
» Appiano bel. civ. lib. V. cap. 112, e 115,
» il quale ci riferisce, che nel 718 fu da M. Agrip-
» pa mandato con tre Legioni a portar soccorso a
» Cornificio, che trovavasi a mal partito nella guer-
» ra con Sesto Pompeo nella Sicilia. Egli riuscì
» felicemente nella sua spedizione, onde potrebbe
» credersi che in tale incontro fosse acclamato im-
» peratore da soldati, che gli furono debitori del-
» la loro salute; ma sarà sempre vero che della
» seconda proclamazione attestata dal mattone sia-
» mo affatto all' oscuro, la quale suppone un' al-
» tra impresa spettante alla storia di questi tempi,
» ch' è di fatti molto digiuna «.

15.

D · M ·
CRATO
V · A · XXXV
PARENTES.

Refert Muratorius missam sibi a Ioanne Berardino Tafurio pag. 1757. n.° 3. Persimilem habuit Romae Franciscus Ficoronius, si eadem non erat, ut traditio ait, a Dominico Marzano dono data cl. antiquario.

16.

D · M · S ·
TURILLIUS
AMIANTVS
VIX · AN · LVIII ·
VXOR · MARITO
B · M · F ·

Refert Muratorius pag. 1411. n.° 11. ex Gualtherio, et linea 2.ª habet AMANTVS.

17.

D · M · S ·
ATILIA · HYGIA
VIX · AN · XXXV
ATILIVS · EVHODVS
CONIVG · B · M ·

Corrigendus Muratorius, qui pag. 1304. n.° 6.° ex Gualtherio in Sicilia positam refert, et in ultima linea habet *CONIVGI.*

18.

C · SEGVLIO · C · F · CAM ·
TIFLANO
ALEXANDER · L · ERGA · SE
BENEMERENTI · DE · SVO · FECIT
C · SEGVLIO · ALEXANDRO
MALLIAE · ZOTINIAE
C · SEGVLIO · AMILLO · V · A · XXVII ·
H · M · S · S · E · N · S ·

Augustaeum saeculum clamant literae. In linea prima lege melius *CAMILIA*, quam *CAMPANA*, ut vult Gualtherius. Camilia tribus in monumentis Romanis cognita, non tamen Campana, ut ex Panvinio aliisque discimus. Ultima linea lege: *hoc monumentum*, *seu sepulchrum*, *exterum non sequitur*. Refert Muratorius p. 1558. n.° 8. sibi missam a Tafurio. Auguror Segulios nostros non similes fuisse Labeoni Segulio, de quo ait Cicero ad Familiares lib. XI. epist. 21: *Dii isti Segulio malefaciant, homini nequissimo omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt.*

19.

D · M · S ·
COTTIA
FELICVLA
VIX · A · LVIII
FIL · MATRI
B · M · F ·

Refert Murat. pag. 1253. n.° 5.° sibi missam a Tafurio.

20.

D · M · S ·
L · VAGELLIVS . FELIX
VIXIT · ANN
XXXVIIII
CONIVNX · B · M · F ·

